

inservientes confundantur cum Seminarii alumnis) tueri se possint, consilium dimittant exigendi, quod Seminarium ipsorum crucem sequatur. A Clero quippe Cathedralis separandum non est. Quod si ipsi nolint supplicationibus interesse ante Clerum et Canonicos Cathedr. et post Clericos Seminarii simplicesque Presbyteros, servata forma Caeremonialis Episcoporum, velint antiquum morem sequi et seorsim a Cathedrali publicis, ut debent, supplicationibus interesse, sub propria Cruce elevanda ab illa Parochia, ad quam per turnum pertinent, cum id eis libet veluti declaravit S. Congr. ad 1. dubium.

*Ad dub.: An censeri debeant professores Seminarii unum et idem corpus efformare cum Clericis Seminarii in publicis processionibus?*

S. C. resp.: Negative, quia nullibi adest consuetudo.

Die 17. Julii 1830. In Januen.

Sorana.

Episcopus Soranus declarari supplicavit, quinam locus competit Clericis Seminarii in processionibus, in quibus unica crux Cathedralis adhibetur, quinam, quando unusquisque secularium capitulorum et regularium coetus sub propria cruce incedit? Et quid tandem servandum, si consuetudo loci se habeat, ut Clerici praedicti semper incedant ante primam vel unicam crucem? Et S. Congregatio respondit: servari solitum et nihil innovari.

Die 20. Novembbris 1660.  
(Anal. J. P. 1863 p. 368.)

Murana.

Bmmo Padre: Il Canonic Teologo Filippo Martuscelli Vicario Generale della Citta, e Diocesi di Muro nel Regno di Napoli, rispettamente espone, che nel passato Gennaio insorse una questione di precedenza ra il Seminario, ed i Chierici fuori

di esso nelle Processioni. L'Oratore all'appoggio del Decreto della sagra Congregazione de' Riti in *Andriensi: Clerici Seminarii praecedant aliis Clericis*; e del Ceremoniale de' Vescovi, che situa i Seminaristi immediatamente avanti i Curati; e della pratica di altre Cathedrali; e prendendo in considerazione che il corpo deve precedere a degl' individui particolari, ed in picciol numero a fronte del Seminario, nel passato Febrero decreto a favore del Seminario sopra gli altri Chierici non Sacerdoti, e che non hanno nella Cathedrale alcun Beneficio, anche sul riflesso che i detti pochi Chierici non hanno a favor loro una legittima consuetudine. Il supplicante pero a quiete e tranquillita proria implora l'oracolo della Santita Vostra. Che ec.

S. Congregatio Rituum ad Quirinale sub infrascripta die in ordinario coetu coadunata rescripsit: „Serventur omnino decreta in Rodigen. dioecesis Andrien. diei 21. Martii 1520 et in Pennen. die 1. Martii 1636, praecedentiam nimurum competere Clericis seminarii“. Die 16. Aprilis 1831 n. 4667.

### 7) Visitatio.

Vd.: *Visit. Seminarii.*

### SEPARATIO FESTORUM.

Vd.: *Festum (separ.); s. Sebastianus* n. 1.

### SEPTEM DOL. B. V. M.

#### 1) Fer. VI. post dom. Pass.

##### a) Commemoratio.

Si festum 7 dol. B. V. M. in 1. et 2. vesp. cum festo Annunt. b. V. M. concurrat, non faciendum esse commemorationem de festo dolor. N. 2594 ad 4 die 3. Septembbris 1672; n. 4119 ad 10 die 2. Septembbris 1741.

Vd.: *Sept. dol. B. V. M.* (transl.; decr. n. 2888). *Commem. b. V. M.*

### b) Missa.

Quid mutandum in hac missa?  
Vd.: *Missale (Correctio D. n. 25.)*

Missam B. V. M. sub invocatione septem dol. B. M. V. celebrari debere cum *Glor. Patri* ad introitum, scilicet fer. VI. infra hebdomadam Passionis ab iis, qui gaudent hujusmodi indulto, ac propterea cum psalmo: *Judica me Deus* ad confessionem, sed sine *Gloria*. N. 2492 die 31. Aug. 1669.

In missa 7 dol. B. V. M. non esse recitandum hymnum *Gloria* neque in Officio *Te Deum*, sed ejus loco 9. R. N. 2594 ad 7 die 3. Sept. 1672.

Fer. VI. hebdom. Passionis, quo Officium 7 dol. B. V. M. recitari in Regno Neapolis et aliis Majestati subjectis regionibus concessum fuit, ut debere colore violaceo ita ut omittatur in Officio *Te Deum*, cuius loco dicitur 9. R. et in missa *Gloria*. N. 2565 ad 2 die 3. Sept. 1672; n. 2602 ad 2 die 3. Sept. 1672.

Recedendum esse a decreto sub die 3. Sept. 1672 super Officio et Missa 7 dol. B. V. M. et in posterum adhibendum esse colorem album et in Officio dicendum esse *Te Deum* et 9. l. de homilia feriae et in Missa *Gloria* et in fine missae *Evangel.* ejusdem feriae. N. 2622 die 4. Mart. 1673; n. 2656 ad 1 die 16. Sept. 1673; n. 2664 ad 1 die 2. Decbr. 1673.

Bened. PP. XIII. benigne indulxit, ut Officium 7 dolor. B. V. M. pluribus Regnis, Dominiis etc. jam concessum in posterum fer. VI. p. dom. Pass. ab omnibus Christifidel. saecul. et regul. utriusque sexus, qui ad horas canonicas tenentur, sub ritu dupl. maj. recitari et missa resp. celebrari possit et debeat. Die 22. Aug. 1727; 23. Aug. 1725. *In decr. totius Status Eccles.*

#### Pius PP. VI.

Cum, sicut dilecti filii superior et conv.

fratrum ordinis s. Francisci de Paula minimorum nuncupatorum regni Majoriae nobis nuper exponi fecerunt, ipsi ad satisfaciendum piae devotioni, quae apud populum dicti regni Majoriae summopere viget erga beatissimam virginem Mariam septem dolorum, facultatem celebrandi singulis sabbatis in ecclesiis praedictorum ordinis et regni missam propriam ejusdem B. M. V. septem dolorum cum cantu sibi per Nos concedi plurimum desiderent, Nos dictos exponentes specialibus gratiis et favoribus prosequi volentes, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum in ecclesiis praedictorum ordinis et regni missa propria ejusdem B. M. V. septem Dolorum cum cantu exceptis tamen duplicitibus primae et secundae classis celebrari possit et valeat, facultatem auctoritate apostolica tenore praesentium concedimus.

Datum Romae die 3. Juni 1785.  
(Bull. r. Continuat. t. VII. p. 401.  
Ed. Rom. 1843.)

### c) Oratio.

Oratio, quae habetur in hujusmodi missa 7 dol. B. V. M., recitanda est etiam in ejus Officio, et altera, quae in dicto Officio habetur, deleatur. N. 2656 ad 4 die 16. Sept. 1673; n. 2664 ad 1 die 2. Decbr. 1673.

### d) Ritus.

Fest. 7 dol. B. V. M. (fer. VI. p. Dom. Pass.) celebrandum esse sub rito dupl. maj. N. 2694 ad 1 die 3. Sept. 1672.

Vd.: *Sept. dol. B. V. M. fer. VI. etc.* (Missa, decr. de die 22. Aug. 1727); *Fest. B. M. V.* (cujus ritus etc.)

### Pius PP. VII.

Apostolici muneris, quod ineffabilis Dei bonitas humilitati atque infirmitati Nostrae committere dignata est, ratio

est, ut B. M. V. praesertim, quae in suae peregrinationis tempore caeteras creaturas tot coelestibus gratiis ac favoribus longe praestitit et nunc in coelis Nos homines peculiari modo protegit ac fovet quaeque in acerbissima Christi domini passione fuit atrocibus doloribus perfixa, cultum ac venerationem in terris eo meliori modo, quo in Domino credimus, ad omnipotentis Dei gloriam fideliumque aedificationem, ac solamen promovere studeamus.

Cum itaque Capitulum Ecclesiae Metropolitanae et Clerus civitatis et dioecesis Mexicanae in Indiis Nobis exponi fecerint, officium et missam B. M. V. sub invocatione septem dolorum, quod ab ipsis usque adhuc sub rito duplicis majoris feria sexta post dominicam Passionis recitatum et respective celebrata fuit, sub rito dupli secundae classis celebrari ac recitari posse plurimum desiderare, Nos piis ejusdem capituli ac Cleri votis hac in re, quantum cum Domino credimus, supplicationibus eorum nomine Nobis humiliter porrectis inclinati, ut in posterum in civitate ac tota dioecesi Mexicana fer. VI. post dominicam Passionis officium sub ritu dupli secundae classis recitari ac missam celebrari libere et licite possint, auctoritate Nostra apostolica tenore praesentium concedimus et indulgemus. Non obstantibus decretis ac constitutionibus et ordinationibus apostolicis.

Datum Romae die 29. Novbr. 1777.

(Bull. r. Continuatio t. V. p. 436  
Ed. Rom. 1827.)

Pius PP. VII.

V. Fr. Didaco Archiep. Calaritano.

Id officii debent profecto christiani fideles B. M. V., tamquam parenti dulcissimae filii, ut memoriam dolorum, quos acerbissimos illa stans pra-

serit juxta crucem Jesu singulari et invicta fortitudine constantiaque pertulit, ac pro eorum salute aeterno patri obtulit, assiduo studio et benevolentia colant sibique praeceptum existiment, quod s. Tobias de matre injunxit: *Memor esse quae et quanta pericula passa sit propter te* (Tob. 44). Quantum vero perfugium ac solatium polliceri Nobis ac sperare a Maria virgine in adversis nostris rebus possumus, ubi societatem ejus sollicitudinum et angustiarum ultro ipsi appetiverimus! Ecquod etiam adjumentum majus quisquam quaerat, ad eum in animo dolorem ciendum, quem Deus jure postulat, ut nostrum misereatur, praeter Mariae dolorum crebram piamque meditationem?

Quamobrem gratulamur magnopere Sardiniae incolis, quos quidem accipimus inflammatos esse vehementibus ad honorem habendum et cultum Dei matri doloribus in hac vita cum Christo misserimis affectae. Qui sane eorum in illam pietatis et grati animi sensus, non dubitamus, quin ipsorum in mentes profluxerint multum a charissimis in Christo filiis Nostris Emmanuel rege et Maria Clotilde regina; verissimum enim est illud, quod a Spiritu sancto edocemur: *qualis rector est civitatis tales et inhabitantes in ea* (Eccl. 10, 2). Quare et ut duobus his regiae virtutis absolutissimis exemplis gratificemur, quorum ora intueri, quibuscum saepe colloqui, quos demirari coram ac suspicere, quorum fidei erga Nos et observantiae praecipuae fructus capere jucundissimum Nobis fuit, et ut Sardiniae incolarum, de quibus non minor certe Nos cura attingit, quam sanctum olim Gregorium Magnum praedecessorem Nostrum, faveamus tam justae tam fructuosaes devotioni, libertissime precibus, quibus tu venerabilis frater cum tuo tum illorum nomine Nos obsecrari fecisti, annuimus.

Itaque auctoritate apostolica tenore praesentium literarum in perpetuum constituimus et praecepimus, ut in tota Sardiniae insula seu regno feria VI. ejus hebdomadae quadragesimae, quae dicitur Passionis, quo die commemoratio in catholica Ecclesia recurrit dolorum B. M. V., ex decreto praesertim sanctae memoriae Benedicti XIII. praedecessoris Nostri, *is dies festus sit de praecepto secundae classis, eoque propterea Christifideles omnes in ejus insulae seu regni finibus teneantur divino sacrificio interesse, ab operibus servilibus se abstinere, sacerdotes quilibet missam celebrare et qui ad horas canonicas obligantur de clero seu saeculari seu regulari utriusvis sexus eas persolvere de illa festivitate sub dupli rito secundae classis.*

Tuum porro erit, venerabilis frater, hanc Nostram ordinationem cum Archiepiscopis aliis et Episcopis collegis tuis in ista insula communicare eaque ut ubique promulgetur et observetur initio facto ab hoc anno diligenter curare. Non obstantibus apostolicis constitutionibus et ordinationibus, caeteris contrariis quibuscumque.

Datum Romae apud sanctam Mariam Majorem sub die 9. Januarii 1801.

(Bull. r. Contin. t. XI. p. 99.)

#### e) Sequentia.

Sequentia missae 7 dol. dicenda est in ejus solemnitate; in missis vot. autem omittenda est. N. 2656 ad 2 die 16. Septbr. 1673.

#### f) Translatio.

Vd.: *Annuntiatio B. M. V. (Vesp.); s. Joseph.*

Dato, quod sit faciendum Officium de s. Josepho (in die festo occurrente septem dolor. B. V. M.), quia est 2. cl., cum die sequenti non possit celebrari festum septem dolorum, eo quod illa die sit festum duplex s. Joachim, quae-

ritur: an praedictum festum septem dolor. sit transferendum ad aliam diem non impeditam festo novem lectionum infra hebdomadam Passionis vel sit celebrandum post dominicam in Albis? S. C. resp.: Eo anno omitendum officium septem dolorum. N. 2883 ad 3 die 6. 1679.

Quando festum septem dol. celebrari non potest in fer. VI. post domin. Passionis vel in Sabb. sequenti, illo anno esse omittendum et non transferendum ad tempus paschale. N. 2594 ad 3 die 3. Septembris 1672. Festum 7 dol. non transferatur ad tempus paschale, sed eo anno omittatur, quando Fer. VI. et Sabbathum post dom. Pass. sunt dies impediti ab altero officio 9 ll. n. 2664 ad 2 et 3 die 2. Decembris 1673. — Quando officium de septem dolor. B. V. M. fer. VI. post dominicam Pass. occurrat cum alio festo majoris ritus, eo anno omitti debere, nisi tamen alibi S. C. aliter in concessione indulserit. N. 3019 ad 6 die 20. Martii 1683; n. 3040 ad 5 die 20. Novembris 1683: n. 3565 ad 6 die 19. Junii 1700; n. 2595 ad 2 die 3. Septembris 1672.

*Ad dub.*: Quid agendum sit, si festum septem dol. B. V. M. coincidat in Annuntiatione B. V. vel festo s. Josephi, duplib. 2. cl.? S. Congregatio respondit: Officium dupl. majus cedit officio dupl. I. vel II. cl. et ideo, omisso in casu praesenti officio septem dol. est faciendum officium Annuntiationis B. V. M. vel s. Josephi et eo anno officium septem dol. locum non habet et non potest extendi ad alios dies, imo de rigore rubricae, nec de eodem fieri debet commemoratio. N. 2888 die 6. Maii 1679; n. 2595 ad 2 die 3. Septbr. 1672.

Occurrente festo septem dol. B. V. M. mobili cum aliquo festo Calendarii forte classico, festum classicum

non esse transferendum. N. 2594 ad 2 die 3. Septembbris 1672.

S. C. Dioecesi Angelopolitanae in Indiis concessit: ut ab universo Clero saeculari et regulari utriusque sexus officium 7 dol. B. V. M., quando in Fer. VI. post dominicam Passionis ob occurrentiam festi dupl. 1. vel 2. cl. recitari minime valet, ad Sabb. sequens et non ulterius transferatur. N. 3982 die 11. Decembris 1728.

Si festum de 7 doloribus B. V. M., quod multis in locis celebratur fer. VI. p. dom. passionis, impeditur ab officio altioris ritus vel majoris dignitatis, transf. in Sabb. sequ. non impeditum et non ulterius. S. R. C. 26. Februario 1693.

Cum off. B. V. M. 7 dolor. ecclesiae universali pro fer. VI. p. dom. Pass. assignatum multoties in dicta fer. VI. ob occurrentiam officii 2. cl. recitari minime valeat, propterea SS. DD. N. Bened. XIII. ob specialem devotionem erga B. V. M. 7 dolor. idem officium die Sabb. immediate sequenti, non obstante quod dicta die occurat aliud officium alterius sancti, dummodo non sit altioris ritus, ab ecclesia universalis in posterum celebrari et festum sancti occurrentis juxta rubr. gen. transferri mandavit. Die 25. Jan. 1729. In decr. urbis et orbis.

Congregatio Galliarum Ord. Eremit. s. Augustini discalceat. recitat. singulis annis ex indulto ap. Sabbatho hebdomadae Passionis officium de septem dol. B. V. M. Procurator ejusdem Congregationis supplicavit, incidente in Sabbatho praedicto festo Annunt. B. V., pro tota Congregatione facultatem recitandi off. de septem dolor. Fer. VI. ejusdem hebdomadae. S. C. respondens gratiam petitam oratoribus concessit. N. 3413 die 16. Martii 1697.

Anno sequenti 1728 eadem die, scilicet 19. Martii, occurunt festum s.

Joseph (quod est festum Fori in dioecesi Fulden. et celebratur sub ritu dupl. II. cl.) et festum septem dolorum B. M. V., quod in praepositura s. Michaelis tamquam primariae patronae celebratur sub ritu dupl. 1 cl.; quaeritur: an debeat in dicta ecclesia celebrari festum septem dolorum, quod et habet adnexas indulgentias plenarias et transferri festum s. Josephi vel transferri festum septem dolorum in primum Sabbathum?

Et s. eadem R. C. respondendum censuit: „Festum septem dolorum celebrandum esse in praepositura s. Michaelis, illud vero s. Josephi in ecclesia Fuldensi, in eaque omitti festum septem dolorum pro illo anno. N. 3973 ad 1 die 6. Septembbris 1727.

#### Theatina.

Quum a Clero archidioecesis Theatinæ VII. Kal. Apr. quotannis persolvatur officium s. Dismae boni Latronis, evenit interdum ut enunciata die reponi debeat officium VII dolorum B. M. V., utpote quia Feria VI. post Dom. Passionis praepeditur officio posterioris ritus, uti in sequenti anno 1836 eveniet, nam enunciata Feria VI. fieri debet de Annunciatione Deiparae. Ex peculiari rubrica circa festum dolorum, qua edicitur, festum ipsum, quoties fieri nequit Feria VI. post Dom. Passionis, reponendum esse Sabbatho in sequenti, dilucide eritur festum s. Dismae boni Latronis tunc locum cedere debere officio dolorum, ac propterea transferendum juxta rubricas; verum quum a S. R. C. aliter constitutum reperiatur in decreto Hispalen diei 2. Decembris 1673, dubitatum est, quid faciendum in casu sit et pro opportuna declaratione eidem S. R. C. humillime porrectae sunt preces. Emmi itaque ac Rmi P. S. tuendis ritibus praepositi in ordinario coetu ad Vaticanum hodierna die coadunati, audit a relati-

one ab infrascripto secretario facta, rem mature perpendentes, probe senserunt enunciatum decretum Hispalen utpote evulgatum antequam ad universalem ecclesiam extenderetur officium dolorum B. M. V. impedimento minime esse, quominus servetur specialis memorata rubrica de translatione ad Sabbathum officii dolorum, proposito dubio hisce concepto verbis: „An officium dolorum in casu, de quo agitur, sit omissendum vel persolvendum die 26. Mart. assignata officio s. boni latronis? resp. censuerunt: „Servanda est peculiaris rubrica“.

Atque ita servandum mandarunt die 23. Maii 1835. N. 4754.

*De occurrentia in hujus festi cum anniversario consecrat. Episcopi, vd.: Consecratio Episcopi (anivers., dies; decr. n. 4898).*

*Ad dub.: Duo festa septem dolorum B. M. V., quorum alterum affixum est Feriae VI. post dominicam Passionis, alterum vero dominicae III. Septembbris, reguntur quoad modum translationis non a generalibus Breviarii et Missalis romani rubricis sed a legibus omnino propriis, quae inter praedictas rubricas minime continentur. Si quidem de primo illo festo cautum est, ut quando celebrari nequit Feria VI. post dominicam Passionis vel in sequenti Sabbatho, illo anno omissatur nec transferatur ad tempus paschale. Ita definit S. Rituum Congregatio in Corduben. die 3. Septembbris 1672 ad 3 et 4. De secundo autem festo duo extant decreta urbis et orbis dierum 18. Septbr. 1814 et 13. Aug. 1817, quibus regulae illud transferendi de una in aliam dominicam fuisse declarantur. Jam vero quum ad sacerdotum instructionem peropportunum videatur, ut de modo eadem festa transferendi aliquid adnotetur in novo Missali, quaeritur: an ante Missam utri-*

usque festi sit apponenda peculiaris rubrica, qua ordo translationis declaretur ad formam praedictorum decretorum?

S. C. resp.: Affirmative.  
Die 25. Septembbris 1860.

#### 2) In mense Septemb.

##### a) Festi celebratio et transl.

Vd.: *Patrocinium s. Joseph. (decr. n. 4442); festum Nomin. B. V. M. (decr. n. 4900); s. Matthaeus ap.; de die octava cf.: Transf. festor. ejusdem ritus B. V. M. (decr. de die 22. Julii 1848); de mutation. hujus missae vd.: Missale (correctio D. n. 41): Septem dolor. B. V. M. Fer. VI. p. dom. Pass. (transl., decr. diei 25. Sept. 1860).*

#### Urbis et Orbis.

Cum in publicis ecclesiae calamitatibus aucta plurimum fuerit devotio erga beatissimam Virginem, juxta Simeonis prophetiam in anima gladio transfixam, cuius commemoratione fit dumtaxat Feria VI. post dominicam Passionis, dum ecclesia ob sublimia redemptionis mysteria, quae eo tempore celebrantur, in tristitia versatur et luctu; cumque propterea apostolica Sedes jampridem indulserit, ut in ordine servorum B. M. V. iterato idem festum solemniter perageretur in dominica III. Sept., quod postmodum extendit ad plurimas provincias et dioeceses: hinc S. D. N. Pius VII. P. M. pia devotione motus erga Beatisimam Virginem Mariam dolore transfixam, accendentibus etiam precibus Sermimi Caroli Emmanuelis Sardiniae regis ac voto Emmi et Rmmi D. Card. Julii Mariae de Somalia uti S. Rit. Congr. Praefecti, suae vocis oraculo mihi infrascripto Subpromotori Fidei sub hac die preecepit, ut in posterum in universa ecclesia ubique terrarum dom. III. Sepbr. celebretur festum dolor. B. M. V., extendendo ad omnes tam saeculares quam regulares, qui ad horas canonicas tenen-

tur officium, et missam jam concessam ordini servorum ejusdem B. M. V. sub ritu dupl. maj. Sed quoniam in ea dom. III. Sept. aliquando occurrit octava Nat. B. M. V. aut festum s. Matthaei Apostoli, alteratram adveniente casu mandavit, ut festum dolorum transferatur in primum ex sequentibus dominicis, quae non sit impedita officio ritus dupl. I. vel II. cl., firma nihilominus remanente ejusdem festi commemoratione, quae fit in Feria VI. post dominicam Passionis. N. 4513 die 18. Septembris 1814.

(Vd.: Sept. dolor. etc. *Ritus*; decr. n. 4682.)

1. S. R. C. ad preces ejusdem Cleri Balneariae dioecesis nullius concessit in dominica II. post Pascha officium Patrocinii s. Joseph Sponsi B. M. V. sub ritu duplici minori; in dominica III. Sept. officium septem dolorum B. M. V. sub ritu duplici majori; in dominica II. Oct. officium maternitatis B. M. V. sub ritu duplici majori, in dominica III. Oct. officium puritatis B. M. V. etiam sub ritu dupl. maj. cum hac clausula: Addita facultate praefata quatuor officia transferendi in proximiorem sequentem dominicam non impeditam, quoties dominicae assignatae fuerint impeditae. Clerus praedictus humiliter petit edoceri quales hoc casu intelligentur dominicae impeditae, nam cum ex rubricarum praescripto officium duplex, etiam minus, impedit officium dominicale, videtur quod praedicta officia recitari debeant solummodo in iisdem dominicis, in quibus non cadit festum dupl. etiam minus. Et ratio dubitationis est validior relate ad officium Patrocinii s. Joseph et septem dolorum B. M. V., quorum primum in toto regno Neapolitano celebratur ut assignatum dictae dominicae sub ritu dupl. II. cl., et secundum in dominica III. Sept. etiam ut assignatum celebratur sub

ritu dupl. maj. ex concessione in toto regno utriusque Siciliae.

2. Insuper petiti, an impedita dominica assignata et proximiori, possint eadem officia celebrari qualibet Hebdomadae die non impedita?

Et S. R. C. respondit:

Ad 1. Dominicas impeditas esse illas, in quibus festum ritus dupl. occurrit."

Ad 2. „In casu proposito, negative.“

N. 4416 ad 3 et 4 die 15. Septembris 1815.

#### DECRETUM GENERALE.

*Ad dub.*: 1. An simul, occurrente festo dolorum cum die octava Patroni, Titularis aut dedicationis ecclesiae, quae, licet sit rit. dupl. min., ex rubricarum tamen praescripto praevalet festo etiam ritus dupl. maj., fieri debeat de eodem festo dolorum an potius de octava?

2. In casu translationis, si in sequentibus dominicis, in quarum altera reponendum esset festum dolorum, occurrat aliud festum ejusdem B. M. V. vel de Mercede vel Rosarii, Puritatis, Maternitatis etc. sub eodem ritu dupl. maj., faciendum erit de occidente an de translato?

3. Si omnes dominicae usque ad adventum fuerint impeditae, omnitemendumne erit eo anno festum dolorum an potius transferendum juxta rubricas in primam diem non impeditam post dominicam tertiam Septembris? S. C. resp.

Ad 1. „Negative ad primam partem; affirmative ad secundam.“

Ad 2. „Affirmative ad primam partem; negative ad secundam.“

Ad 3. Negative ad primam partem; affirmative ad secundam“.

„Praeterea ad amputandas quaestiones, quae ulterius ex non praevisis casibus oriri possent, si SSmo videbitur, moderando decretum 18. Sep-

tembris 1814, declaratum fuit per modum regulae generalis, quod, impedita dominica III. Sept. ob occursum festi ritus dupl. 1. vel 2. cl. vel diei octavae Patroni, Titularis, Dedicationis etc., praefatum festum dolorum transferri debeat in proximiorem dominicam, etiam si incidat cum festo rit. dupl. min.; dummodo non sit dies octava Patroni, Titularis, Dedicationis etc., quae licet gaudet ritu dupl. min., nihilominus, cum transferri nequeat, ab hac regula excipitur, provisum est supra ad primum“.

Et facta per infrascriptum secretarium relatione, Sanctissimus, in omnibus benigne annuendo, paelatas responsiones et declarationes approbat et confirmavit et per decretum generale publicari mandavit. N. 4541 die 19. Augusti 1817.

*Ad dub.*: Occurrente praedicto festo dolorum cum die octavae, uti accidit in dioecesi Neapolis anno 1819, quod occurrit festum dolorum cum die octavae s. Januarii Ep. et Mart., fieri debeat festum dolorum cum commemoratione octavae vel de die octavae? Et in casu, quod fieri debeat de die octavae et transferri in diem dominicum sequentem festum dolorum, tunc occidente festo dolorum cum festo s. Rosarii B. M. V., quod est ritus dupl. maj., queritur: an fieri debeat festum dolorum an festum SSmi Rosarii?

Et S. C. respondit:

„Provisum per decretum generale diei 19. Aug. 1817.“

Et ita etc. N. 4553 ad 14 die 18. Octobris 1818.

#### NOTA GARDELL. AD HOC DECRETUM.

Cum aliqua dubia exorta fuerint circa festum dolorum B. M. V., quando accidit, ut sit transferendum, S. R. C. per subsequens decretum die 19. Augusti 1817, praevio maturo exa-

mine, quaestiones omnes exortas, et quae oriri possent in posterum, solvit, et quid agendum juxta diversas occurrentias provide sancivit. Praesertim vero, annuente SSmo, declaratum fuit per modum regulare generalis, quod impedita dominica III. Sept. ob occursum festi ritus dupl. 1. vel 2. cl. vel diei octavae Patroni, Titularis, Dedicationis etc., praefatum festum dolorum transferri debeat in proximiorem dominicam. etiamsi incidat cum festo ritus dupl. min., dummodo non sit dies octava Patroni, Titularis, Dedicationis etc., quae licet gaudet ritu dupl. min., nihilominus, quum transferri nequeat, ab hac regula excipitur.

*Ad dub.*: Cum festum titul. Archiconfratern. septem dol., quod pro regnis et provinciis haereditariis domus austriacae ab utroque Clero sub ritu dupl. celebrari deberet, indulsum est 3. dom. Sept., cum in nostra s. religione (Ord. ffr. excalceator. s. Augustini provinciae Austriae) id ipsum saepe impediatur ab octava B. V. M. et s. Nicolai et festo s. Thomae de Vill. eadem dominica celebrari, possit similiter transferri? S. C. resp.: Affirmative. Quia pro statibus austriacis tale officium est de praeepto; dicitur enim in decreto concessionis die 28. Aug. 1734: Recitari debere. Officia autem de praeepto, licet sint fixa certis diebus, si in his impediantur, transferri possint juxta decr. 5. Maii 1737 in Einsidl. N. 4198 ad 3 die 11. Jan. 1749.

Leodii in Belgio dies 16. Sept., in quo celebratur festum s. Lamberti Patroni dioecesis. si cadit in dominicam, festum septem dol. B. V. M. ex deer. PP. Pii VII. in sequentem dominicam transfert; quaeritur: an cum vel sine octava? S. C. resp.: In casu translationis faciendum esse officium sine octava. N. 4842 ad 5 die 1. Sept. 1838.

Fest. 7 dol. occurrens cum festo SS.